Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



autem quae sint quae ipse dr fecit. & p haec quae magnitudo sit hominis adueniemus: In principio fecit dr caelum & terram. similiter ait: Et fecit duo luminaria magna. & nunc iterum faciamus hominem.
In his solis factum ipsius dei ad scribit. In illis uero nullis. Sed tantummodo caelum & terra. sol & luna ac stellae & nunc homo ado factus est.
Omnia uero reliqua. iussione eius facta esse dicunt.
Ex hoc ergo considere quantus sit magnitudo hominis. quantam magnis elementis tamquam p capuis adequatur; Qui habet honorem caeli. propter qd & caelorum ei pmittit regnum. Habet & terrae honorem. qm quidem interam bonitatem & teneritatem uiuorum. fluentem lac & mel ingredi spent. Habet & honorem solis & lunae. habent repmissionem fulgere sicut sol in regno dei. Illud scire & licet eminentiam in conditione hominis uideo. qd alibi non inuenio dictum. Et fecit dr hominem. ad imaginem dei fecit eum. Quod neque in caelo. neque in terra. neque in sole. uel luna inuenimus ad scriptum.
Hunc scire hominem quem dicit ad imaginem dei factum non intelligimus corporalem. Non enim corporis figmentum dei imaginem continet. sed neq; fiectur esse cor